

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4583

1163

C O D I C E S

1164

ster) *Wienne ad sanctum Michaelm. Anno d. M^o. CCC^o. LXXV.* in die *Gregorii. Finite recte in pulsu campane quē vocatur piratarum cum horologium signaret duas horas in nomine christi. Horas noctis intelligo, et Campanam joculariter Piratarum dictam die Bierglocke, qua nempe sub noctem signum dabatur claudendis Tabernis cerevisiariis.*

II. fol. 140. ἀδεσποτῶς Tractatus mysticus de Contemplatione in *Articulos* divisus, quorum IV. abrumpitur. Singuli ordiuntur ab illo *Tbrenor. c. 3. Sedebit solitarius et tacebit &c. et I. quidem ita prosequitur: In hoc verbo notatur Anime contemplatiue perfectio que serenata sedens in suis actionibus &c. Sub finem II. citatus Radulfus Flaviac. in *Leviticum* probat Opusculum posterius esse Sec. XII.*

III. fol. 142. Incipiunt sententie *Prosperi in libros beatissimi augustini episcopi et doctoris eximij. C. 1. De vera innocentia. Innocentia vera est, que nec sibi nec alteri nocet &c. Ut edit. Opp. Prosperi Aquit. Paris. 1711. col. 543. f.*

*In numero cleri quisquis uult promptus haberi,
Est opus, ut scriptis iugiter meditetur in istis.*

CCCCLXXVI.

U. 282 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 376. f. per duas columnas charactere luculento, atro scriptus, rubricis distinctus in theca anteriore hanc Notam praefert: *Iste liber fuit domini Tyboldi cancellarii in Chrems. Hunc emi ab*

Varietatem lectionis, quam offert Codex, paene omnem jam Editio mox dicta in Notis adulit. Ad calcem: *Anno Domini 1374. finite sunt sententie prescripte. In vigilia sancti Martini.*

IV. fol. 151. ut e calce adsumo: *Postilla fratris Nycolai de lira super Job sacre theologie Doctoris. Initium: Patientiam habe in me et omnia reddam tibi &c. ut v. g. in Bibliis glossatis edit. Lugd. 1545. T. III. fol. 5. f. Finita dicitur Anno Domini 1374. in die sancte Lucie fere hora 6^a sole existente in, et nihil ultra.*

CCCCLXXV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3285 XIV. Folior. 178. f. per duas columnas nitidissime exaratus, coloribus speciosus, et quondam *Monasterii Garstenis* O. S. B. in super Austria aliud est *Sententiarum Petri Lombardi Exemplar integrum, nisi, quod solus Liber I. Elenchum Distinctionum praeivum habeat, cui etiam minio praescriptum est:*

eodem ego Stephanus de Egemburga. Canonicus is fuit Vienn. et a. 1433. totam Academiam rexit. Infunt vero Codici Petri Lombardi *Libri IV. Sententiarum incipientes a prologo: Cupientes aliquid de penuria &c. quem excipit Index Distinctionum et Capitulum Libri I. et sic reliqui etiam Libri*

1165

D O G M A T I C I.

1166

praemuniti sunt. Ad calcem IV.
Explicit liber quartus sententiarum Benedicamus domino Deo gratias Amen. 1398. Margines notulis adspersi. Pag. ult. *Puncta in quibus Magister non tenetur ab omnibus.*

CCCCCLXXVII.

R. 77 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 329. 8. minute sed fane nitide perscriptus, coloribus comitus, et a Thoma M. Alfano O. P. Bibliothecae oblatus anno 1721. exhibet Libros IV. Sententiarum M. Petri Ep. Parisini dicti a Patria Lombardi, qui annum 1164. postremum habuit auctoritas adpellatus Magister Sententiarum, ut notum. Praeit Prologus: *Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra &c. Sequi-*

tur Elenchus Capitum et hic et ante ceteros Libros, *Distinctiones* tamen posteriore quadam manu marginibus adjectae sunt. Initium L. I. *Ueteris ac nove legis continentiam diligenti indagine &c.* Omnia, ut in Edit. Lovan. 1552. f. in quam Job. Aleaume, Pet. Crabbii et Ant. Ghenart curae memorantur, quae tamen in eo fibi non constat, quod Capitum f. *Rubricarum* f. *Titularum* Tabulam Libro I. quidem praefigat, requis vero subnectat. Omittit praeterea, quae nobis ante Librum IV. leguntur: *Hijus tractatis que ad doctrinam rerum pertinent quibus fruendum est quibus utendum qui fruuntur et utuntur ad doctrinam signorum accedamus. Samaritanus enim &c.* Finis totius Operis: *cum viderit vindictam; quibus minio adjecit Librarius:*

*Finito libro nunc detur gloria christo.
 Qui scripsit scribat semper cum domino uiuat.*

Itaque deest clausula illa: *Haec de pedibus sedentis &c.* quam non tantum habet Editio Lovan. citata, sed etiam vetustissima illa princeps char. goth. rudi, col. 2. f. 1. et a. f. quae tamen etiam nostram *nequomam* supra memoratam: *Hijus tractatis &c. agnoscit.*

CCCCCLXXVIII.

U. 280 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 358. f. charactere luculento atro, rubricis distincto complectitur Petri Lombardi IV. Libros Sententiarum praevio Prologo Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

D

CCCC-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4583

1167

I C O D I C E S

1168

CCCCLXXIX.

U. 281 Codex chartaceus lat. Sec. XV.
Folior. nunc 377. f. partim per duas columnas, partim lineis longis exaratus et minio distinctus *Petri Lombardi Sententias* continet, sed ἀκεφαλος est, et incipit a **L. II. Dist. 40. c. 4.** Sed *augustinus euidentissime docet in lib. contra mendacium &c.* Pro *Capitum L. III.* elenco relictum est spatiū, et ad ejus calcem legas: *In die s. heinrici imperatoris 1446.* Cetera integra sunt, et margines notulis consiti.

Fol. 124. sequuntur Commentaria in *Librum III.* absque inscriptione: *Cum venit igitur plenitudo temporis. Iste est liber tertius sententiarum, in quo postquam in precedentibus libris magister determinauit de rebus diuinis &c.* Ad calcem: *feria 6^a ante tyburcij que fuit ante dominicam 3^{am} post pasca.* **(14)48.** Sed adhaerent **Fol. 244 — 55.** plura ad hujus Libri illustrationem pertinentia.

Fol. 256. incipiunt quidem Commentaria in *Librum IV.* verum monetur Lector in fronte: *Primas distinctiones tres require in fine libri presentis.* Et eccillas **Fol. 366.** p. 2. *Samaritanus enim vulnerato appropians. Hic est quartus liber sententiarum qui ad precedentes libros continuatur sic.* Nam postquam &c. Autorem persequi in tanto Commentatorum agmine infra operae pretium habeo.

CCCCLXXX.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 284
Folior. 297. f. luculente exaratus, minioque distinctus aliud est *Sententiarum Petri Lombardi Exemplar*, in quo *Distinctionum et Capitum Elenchus* singulis Libris praefixus est, margine tot Notis occupato, ut paene Commentarium perpetuum dicas. **Fol. 1.** Adversaria quaedam de Generatione in Divinis ἀκεφαλα praemituntur; **fol. vero 85. p. 2.** adscriptus est locus *Job. Boccatii de Certaldo*, qui de promtus est ex Opere ejus lat. *de Genealogia Deorum*, et incipit: *Decipiuntur gentiles, dum creature creatoris attribuunt dignitatem &c.* Ultima: *Demogorgon igitur secundum gentiles omnium rerum primum principium est.*

CCCCLXXXI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 285
Folior. 194. f. currente calamo scriptus et rubricis distinctus, minus tamen bene servatus item *Petri Lombardi Exemplar* est, notis adspersum, insertis ad **fol. 52.** *Sententiis iis, in quibus, ut prae fertur, recedunt doctores a magistro sententiarum.* Ad calcem **fol. 192.** p. 2. adjecta est Tabula genealogica V. T. ab *Adam et Eva* perducta ad *Helchanam* ejusque *Uxores Annam et Fenennam*, cui prae fatur Autor: *Considerans historie sacre prolixitatem nec non et difficultatem scolarium &c.*

CCCC-